

est frigidus. tunc hic ut nulla macula super
 eum inuenta fuisset. Tunc b. eras. dixit.
 Ecce impator confusus es. cum patre tuo
 dyabolo eris in ignem eternum arsurus.
 nam dominus ihesus christus filius dei liberauit me
 Populus autem clamauit. Vere quia magnus
 est deus christus in quo quod tantas virtutes opa-
 tur in illo. Tunc impator ait. Artes sunt
 maleficorum ut igni imparet et deos nostros
 deludat. Tunc b. eras. dixit. Scilicet im-
 pator que putas maleficia mecum est christus
 filius dei ipse qui impat igni deos tuos
 deludit. lapides et eranteta surda ab ho-
 mibibus costata. quibus tu similis es.
 Nam dominus meus ihesus christus uiuus est et vir-
 tutibus vincit. Impator dixit. quod diu in
 furias tuas tollerare possumus. Tunc
 b. eras. dixit. Etiam et ego mirore verecu-
 dia in frontis tue. quia non erubescis. Tunc
 impator furore repletus iussit ministris
 suis ollam parare uinarum. xx. plumbi-
 picis simul cum cera et resina et oleo solui
 et repleri et succendi. Et fecerunt ministri
 sicut preceptum eis fuerat et seruens facta
 est olla. et fluctuans sicut mare. Et dixit
 ei impator. Nunquid et hic ars tua poterit
 prevalere. Tunc b. martir Erasmus dixit
 impatori. Ista olla meum est refrige-
 rium. Et facta signaculo crucis descen-
 dit in eam. Et tunc vox domini super aquas
 deus maiestatis in tonuit. et effudit unam
 undam ex olla. et vstulauit impatorem.
 Qui clamauit et ait. homo dei ora pro
 me. Tunc b. eras. dixit impatori. Ge-
 niubi super rapax. et gehenne ignis quem tibi
 parauit deus simul cum patre tuo dyabo-
 lo et ministris eius. Scio quia cor tuum ob-
 duratum est. sed propter populum istum circum-
 stantem erit tibi benedictio. et quoniam illi dolo-
 r. Adulci autem hoc videtur in illa hora cre-
 diderunt. Impator autem videns se delu-
 sum esse iussit maritimos dei recipi in ar-
 ta custodia haberi. et in genti ferro ponderem
 colligari. Tunc orasset apparuit ei in-
 uentis similis filio dei. Vocans eum et
 dixit illi. Ego sum Michael angelus
 missus ad te ut te ducam in campaniam

provinciam. que vocatur formans ad do-
 cendum populum. Apprehendens eum et
 eiecit eum de ciuitate Syrmicana. veni-
 ensque nauiculam a domino paratam inue-
 nit. et transmigravit in provinciam Cam-
 paniam. ¶ Alia vero die turbatus est
 impator quod non inuenisset eum dicens.
 quia deus eius eripuit eum. Seruus autem
 dei et martir domini venit et sedit in ciuitate
 formana et septem annis docens populum
 viam veritatis. Angelus autem domini panes
 ei quotidie ministrabat. Postea orabat
 ad dominum ut in ciuitate sue eternaliter qui-
 esceret. et facta est ad eum vox de celo di-
 cens. Erasme veni et requiesce in ciui-
 tate quam parauit deus fratribus tuis
 martiribus et prophetis et recipe laborem
 tuum. Per te enim honorificatus sum in
 celo et in terra. Tunc b. eras. p. videtur
 et orphanis deprecabatur. Bene vniuersis
 dei patris qui me fecisti requiescere in loco
 isto. concede ut qui in hoc loco habitabis
 mee pro suis necessitatibus preces effude-
 rit. sic inde transeat exauditus ut tu ei-
 sis hic et in futuro placatus. Et respexit
 b. erasmus in celum. viditque coronam
 inenarrabilem. et occursum sibi de choro
 apostolorum et prophetarum. et inclinante
 capite suo dixit. Domine suscipe ani-
 mam serui tui. Et completa oratione scilicet
 reddidit spiritum. et visa est anima eius
 candida tanquam nix. quando ab angelis
 deducebatur cum gloria magna et cum
 illis celum penetrabat tercio nonas iu-
 niarum regnante domino nostro ihesu christo.

Kilianus scotorum
 genere. nobilibus parentibus.
 diuine in gratie factus est nobilitate da-
 rissimus. Scotia que et hibernia dicitur
 insula est maris. secunda quidem gle-
 bis. sed sanctissimis clarior viris. Ex qua
 bus columbano gaudet italia. Gallo
 ditatur alemonia. kiliano theuthonica
 nobilitatur francia. Qui (ut diximus)
 nobili sapia editus a puericia libera-
 libus studijs traditus. simul cum fratre